



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Manuale Exercitiorvm Spiritvalivm

Capilla, Andrés de

Coloniae, 1607

Feria quarta. Exercitium 35

[urn:nbn:de:hbz:466:1-53232](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-53232)

Petitio.

PRecabimur Dominum, vt nobis
cœlestem hunc panem communi-
cet: faciatque vt nunquam animabus
nostris desit.

Oblatio.

Offeremus nos ad sustinendam
quamcunque famem ciborum
corporeorum, ne nobis vnquam de-
sit cœlestis ille cibus, sine quo ani-
ma nostra deficit & fame mori-
tur.

FERIA QVARTA.

Exercit. 35.

*Psalm. 118. Quam dulcia faucibus meis elo-
quia tua, super mel ori meo.*

*Psalm. 22. Parasti in conspectu meo mēsam
aduersus eos, qui tribulant me.*

*Prouer. 9. Sapientia adificauit sibi domum,
miscuit vinum, & posuit mensam.*

*Ibid. Venite, comedite panem & bibite vinū
quod miscui vobis.*

Consideratio.

Considerabimus quam opulenta
& omnibus diebus abundans sit

dd. 4

men-

mensa diuinarū literarū, quam Deus intra domum suam, hoc est Ecclesiā præparauit: in qua omnes inueniunt, cibum, non tantum magni sed etiam parui: ibi enim imbecilles teneris cibarijs: adulti verò quibus maius inest animi robur, solidis cibis, hoc est doctrina perfectionis pascuntur.

Gratiarum actio.

GRatias agemus Deo: pro ingenti beneficio, quo nos affecit, quod animas nostras hætenus pauerit & nunc etiam pascat cælesti doctrina: non fundata in ratione naturali, quæ sæpe fallitur, nec in philosophorum & mundi sapientum, qui in multis errant assertionibus: sed in summi Dei, qui errare aut falli nequit, qui que est prima & summa veritas, auctoritate, quia is eam nobis reuelauit.

Confusio.

PVdore suffundemur, quod tam parui æstimauerimus beneficium hoc, quod que tam negligentes extiterimus in fructu inde percipiendo. Si enim Ethnici maximi fecerūt & valde suspe

dè suspexerunt oracula Apollinis:
quanti te facere decet, oracula non
Apollinis falsi & fraudulentum Dei, sed
veri & æterni Dei, qui nec fallere, ne-
que falli potest.

Petitio.

ROgabimus Deum cum Propheta
Daude, vt reuelet oculos nostros,
hoc est velum ignorantie ab oculis
nostris remoueat, aspectumque no-
bis restituat, vt cõsiderare valeamus
mirabilia legis eius, & de illo cœlesti
pane manducare, qui in mensa diui-
narum scripturarum nobis mandu-
candus proponitur, ne sit nobis tan-
quam panis in penario reclusus.

Oblatio.

Offeremus Deo, intellectum no-
strum Maiestati suæ submissum
ad credenda omnia, quæ in diuinis li-
teris nobis reuelauit: & voluntatem
nostram promptam ad obtemperan-
dum omnibus, quæ in eisdem nobis
præcipit & consulit.